

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt LIV. Iustiſima quoq[ue] esse judicia Dei, quibus permittit homines plurimos non solū tentari & vinci, sed etiam ita vinci, vt numquam resurgent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

390 Cap. LIV. Cur quidam tentati vincantur, & non resurgant?

cumber, nisi volentem; & eriges lapsum ad te clamantem. Pa-
lastra, stadium, agor, pugilatus est vita nostra; quam diu nobis
S. Dionys. de viendum, tam diu certandum est. Hinc S. Dionysius scribit,
Eccl. hie-
rarch. cap. 7. eos, qui baptizantur, oleo inungi, ut sciatur hoc signo, illos in-
ungi quasi athletas Christi, atque adeò vocari ad sacra certamina
pro fide & pietate, oboeunda. Additque, etiam mortuis eisdem
solere oleum infundi, quasi Athletis morte consumptis. Atque
tunc quidem, ait, olei unctio baptizandum anocabat ad sacra certa-
mina: nunc autem (in morte) infusum oleum designat eum, qui de-
functus est, eadem sacra exegisse certamina, sicq; fuisse consummatum.

C A P V T L I V .

*Instisima quoque esse judicia Dei, quibus permittit homines
plurimos non solum tentari & vinci, sed etiam ita vinci,
ut numquam resurgent.*

I.

Hebr. 2. 18.

 Ertia classis est eorum, qui tentatione prostrati ater-
num pereunt. Christus quidem etiam tentatus est, sed
exteriori tantum, à diabolo temptationem proponente
potuit tentari, non autem interiori concupiscentiā, aut motu
inordinato phantasiae, qui in Christo esse non potuit. Itaque
in eo, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis, qui tentantur,
auxiliari: quia temptatione sua meruit nobis opem & auxilium in
omni temptatione. Nos quoque, si temptationem vincamus, me-
ri multa possumus; & meruerunt Sancti, vt in eo, quod passi
sunt, nobis idem patientibus auxilientur, apud Deum. Vnde
SS. Virgines, qua pro castitate usque ad mortem certarunt, in
temptatione carnis opitulantur: SS. Martyres, in temptatione fidei,
& persecutione haeticorum nobis robur impetrant inuocati:
S. Iob & Eustachius, in infortunijs & aduersis patientiam: in
infamia & ignominia S. Joseph Patriarcha, & S. Susanna, quia
hi pro castitate infamiam subierunt. Atque in hoc genere &
merito nos tentati Christo possumus assimilari: nequaquam
autem in illo, vt tantum tentemur à Satana exteriori tentatio-
nem proponente, quia interiori quoque concupiscentia nostra
allicitur, & velut fomes concipit ignem, motusque phantasie
inor-

Cap. LIV. Cur quidam tentati vincantur, & non resurgent? 591

inordinati, multos ita prosternunt, ut, licet s^ep^ee etiam resurgent, tandem tamen penitus succumbant; Deo permittente eos perire, pro quibus homo factus sanguinem fudit, & in crucem tolli voluit. De his maxima est quæstio, ad quam vniuersim responderi potest: O altitudo dinitiarum sapientia & scientia DEI, Rom. 11. 33

quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius!

Quis enim cognovit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit?

item illud: Numquid dicit figuratum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic? Rom. 9. 22

An non habet potestatem figurulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Posset ergo Deus

absoluta sua potestate aliud vas projicere, & allidere, aliud autem sine vlla caussa honorare, cùm sit Dominus omniū.

Sed tanta est eius bonitas, tam immensa æquitas, ut sine caussa neminem projiciat. Neque enim si nos caussam non videmus,

in hac vita, caussam ille non habet quorundam damnandorum. Ignorantium ergo querela est, tentare quosdam ita ut prostrati

numquam ad se, & Deum redeant; immo diuinum honorem calumniantur, quasi crudelis sit, qui tantam dæmoni malo in-

homines permittas potestatem. Deus descripturus in Behemoth Stygium hostem nostrum, præmisit, ad Iob de turbine, ista:

Numquid irritum facies judicium meum, & condemnabis me, ut tu Iob. 40. 3

justificeris? Cumque potentiam, truculentam eius faciem, va-

litatemque & terrorem illius bestiæ depinxisset, addidit: Non Iob. 41. 1

quasi crudelis suscitabo eum. Non enim est crudelitas, crudelem

in crueles suscitare. Enim uero, ut figulus ollam, quam fecit,

frangere potest, etiam sine caussa, quia dominus eius est, ita Deus,

vitam animamque, quam homini dedit, si plenitudinem domi-

nij illius spectamus, iterum auferre potest. Vnde ibidem subiecit:

Quis enim resistere potest vulnⁱ meo? Quis antè dedit mihi, ut red-

dam ei? omnia qua sub calo sunt, mea sunt. Quis, inquit, resistere

potest vulnⁱ meo? neque mortales in terris, neque in cælo immor-

tales, neque damnati illi in Orco spiritus impedire possunt, quæ

ille statuit facere. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo. Isa. 40. 17

Itaque, si quando tentari hominem sinit, non ideo sinit, quasi

impedire temptationem nequeat, cùm nullus resistere possit vul-

nⁱ eius; sed idcirco sinit, ut virtutem suam conspicuam reddat,

faciat-

592 Cap. LIV. Cur quidam tentati vincantur, & non resurgent?
faciatque cum tentatione prouentum. Quamuis ergo, tamquam
Dominus, seruis non obligetur operum suorum reddere ratio-
nem, ea tamen est bonitate, ut reddat, &c., quod in Iob lauda-
tur, cum seruis suis judicium iniire non vereatur...

Iob. 31. 13.

II.

Psal. 130. 7.

Caussam indicat, cum ait: *Numquid irritum facies judicium
meum?* hoc est, numquid me de iniustitia accusabis? quasi cru-
deli animo & affectu quodam odij, cacoemetones in te, aut vi-
lam aliam temptationem excitem? Omnia opera mea veritas, &
judicium. Atque ut in his ipsis à me permisso temptationibus,
justum me esse intelligas, numquid æquum tibi videtur, si seruo-
rum tuorum probes fidelitatem? Æquum tibi est, ponere ante
eos pecuniam, ut videoas, num furentur; & mihi iniquum esse
censebis, si ego hominum, qui omnes mei esse debent serui, pro-
bem fidelitatem? si ante eos creaturam, tamquam muscipulam
instruam, ut experiar, num furentur, moechentur, latrocinen-
tur? Enim uero æquissimum hoc est, & non solum justitia, sed
etiam misericordia meæ conuenientissimum. Inde enim ansam
capiro, ut quos fideles intuenio, pluribus donis ac talentis ditem,
& tandem in gaudium Domini sui intrare jubeam: qui vero per-
fidi, qui nequam, qui honoris mei fures ac proditores existunt,
occasione mihi offerunt, ut me justum etiam esse ostendam,
eosque pro meritis plectam. Quia in re nulla mihi, sed illis om-
nis culpa est tribuenda. *Ante hominem vita & mors, bonum &*
malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Magnum bonum libertas
voluntatis, hoc bonum homini non negani: enim uero ad eum
liberum feci, & adeò ei auxilio meo adsum: ut ipsæ infero-
rum portæ eius libero arbitrio à gratia roborato, vim inferre
non possint. Cui ergo culpa est ascribenda, mihi nè, qui pote-
statem ei dedi non peccandi, an illi, qui mea gratia reiecta, sua
libera voluntate peccatum elegit? & maluit puniri, quam coro-
nari? Quid si quis ergo, cum Ægeo, se præcipitem jaciat scopu-
lorum è vertice? quid si se cum luda ex arbore suspendat? quid si
cum eodem desperet? quis cogit? nonnè liberè id facit? nonnè
sponte sua & tentatori & temptationi succumbit? nonnè sua vo-
luntate mortem elitit; cum ea ipsa voluntate diuinitus adiutâ,
1. Cor. 10. 13. eligeret vitam possit? *Fidelis Deus est,* ait Apostolus, *qui non pa-*
tietur

victus vos tentari supra id, quod potestis. Ergo multò minùs ipse impellet ad peccata. Ergo non præcipit impossibilia. Ergo gratiam suppeditat; sine qua utique tam validè possemus tentari à demone & carne, ut resistere non valeremus. Ergo de facto nulla est tentatio tanta, quin cum diuino auxilio possit superari. Ergo hæc gratia non solum electis, hic à Paulo, & alibi, sed, ut Concil. Tridentinum docet, omnibus Deum ritè iuocantibus Conc. Trid. promittitur, cum doquuntur Apostolus fidelibus, qui erant Co. lxx. 24 e. 4. sinti, quorum multi, non erant electi, sed aliqui contentiosi, scandalosi, ebriosi: immò nemo eorum sciebat, se electum, ut posset hanc sibi consolationem accommodare. Quare non perit ex defitu auxilij, quisquis perit, sed ex neglectu. Cùm bonum habere possit, malum eligit. Meritò igitur tali dicitur, *Perditio Osee. 13. 9.* in Israël; quod elegisti, habes; illud ergo tibi exedendum est, quod tute tibi intruisti. Vixisses, si voluisses; volens perijisti; quippe *Ante hominem vita & mors; bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.* Si ergo malum placuit, malum habet. Alijs bene est, quia bonum placuit illis, & odio mortis, vitam elegerunt, & què probati; sed sicut in igne aurum, probationem sustinuerunt. Ideò illos temptationibus oppugnari permisit Deus, ut probarentur, sicut olim dimisit gentes: *ut in ipsis experiretur Israëlem, utrum audiret mandata Domini, quæ præceperat, patribus eorum per manum Moysi, an non.* Sic tentauit Abraham, sic Iosephum, & patrem eius Iacob, sic Moysen ipsum, sic Dauidem, sic Danielem, & tres pueros, qui utique velut aurum probatissimum è furno & igne fornacis ardantis splendidores processerunt; quemadmodum & Iob magis eniuit in fimo, quam in ostro cubans. Ansam vincendi dat militi, qui pugnandi offert occasionem. Plus facit Deus, qui etiam, cum occasione pugnandi, vires dat superandi.

Hoc judicium Dei Iacobus Apostolus clarissimè indicauit, III. cùm scripsit: *Beatus vir, qui suffert temptationem: quoniam, cùm Iacob, 1. 12. probatus fuerit, accipiet coronam vita, quam repromisit Deus diligenter. Nemo, cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Unusquisque vero tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illektus. Deinde con-*

Ffff

cupissen-

594 Cap. LIV. Cur quidam tentati vincantur, & non resurgent?

cupiscentiacum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est. Si ergo coronam repromisit diligentibus se Deus, & corona sine probatione, adeoque & sine tentatione, nequit accipi, signum est Dei coronare volentis, si quis tentatur. Penes milites terrenos est fortiter pugnare; non est autem penes eos vincere; quia Mars dubius, nunc huic, nunc illi parti fauet.

Alia res est, si de spirituali milite loquamur. Penes illum est, coronam vel perdere, vel adipisci. Cum sciret Jacob, inquit Metaphrastes, cuius gloria, & quam multorum bonorum sunt tentationes conciliatrices ijs, qui se fortiter gerunt, repetens dicit: Beatus vir, &c. beatitudine & spe coronatum efficiens, ut sint viri bonis accepte tentationes, & eas propemodum tamquam lucrum existiment, & cum voluptate accipient. Quis non gaudeat, si ei sua corona reueletur? At reuelatur quodammodo sua illi corona, qui tentacionem suffert. Vnde idem Apostolus suam ita inchoat epistolam:

Jacob. 1. 2.

Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: scientes, quod probatio fidei vestra patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet. Neque virtutum beatus est, qui suffert temptationem, sed omnis etiam femina, quae virili animo eam suffert, qualis fuit fortissima illa, non jam Tyndaridarum, sed Machabaeorum; & Susanna senum, & demonum, & libidinum viatrix. Tentatæ fuerunt, vicerunt, triumpharunt, sicut omnes Sancti, qui suis viribus diffisi, oratione, optimo tentationis remedio, usi diuinam opem inuocarunt, juxta illud: Vigilate & orate, ut non intreris in temptationem. Hinc ait Apostolus:

2. Machab. 7.
21. Dan. 13.

Matth. 26. 41
1. Cor. 10. 13.

Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, quasi dicat: licet tene mini, o Corinthij, ad schismata, litigia, luxum, venerem, idola, & idolothyta, constantes tamen estote. Quia haec tentationes, quae vos apprehendunt, communes sunt & humanæ, quas facile, si velitis, vincetis. Nam in Christiani cuiusque potestate est, habere auxilium sufficiens ad vincendas omnes tentationes, quia Deus ad hoc, quasi fidelis, ijs fidem suam obligat, ut docet Apostolus, quasi dicat: Tentatio vos non apprehendat, ex parte & negligentia vestra, nisi humana: quippe ex parte Dei

spon-

spondeo, Deum qui fidelis est, sicut promisit, sic & præstetur, ut non patiatur vos tentari supra id, quod potestis; si scilicet eius gratiam & opem, ut par est imploretis, eiique cooperemini. Deus impossibilia non jubet, ait S. Augustinus lib. de nat. & grat. c. 43. & ex eo Conc. Trid. Sess. 6. c. 11. (cùm nempe jubet, ut tentationi resistamus) sed iubendo monet & facere, quod possumus, & petere, quod non possumus, & adiuuat, ut possemus. Hinc Christus Matthæi 11. *In gressu*, inquit, meum suave est, & onus meum leue. Ac 1. Ioan. 5. 3. Mandata eius grania non sunt. Non potest de gravitate onoris conqueri filius, quem in portando iuuat pater, de maioribus suis viribus illi vires addens.

Est quidem ita: orare jubeatur, Et ne nos inducas in temptationem: possumus tamen nihilominus gaudere, si in varias temptationes incidamus. De quo non minima nascitur quaestio, ait Cassianus: Si enim oramus, ne permittamur tentari, unde erit in nobis virtus constantia comprobanda, secundum illam sententiam: omnis vir, qui non est tentatus, non est probatus: & iterum: Beatus vir, qui suffert temptationem? Non ergo hoc sonat: Ne inducas nos in temptationem, id est non permittas nos aliquando tentari: sed, ne permittas in temptatione positos superari. Tentatus est enim Iob, sed non est inductus in temptationem. Non enim dedit insipientiam Deo, nec ad illam, ad quam trahebatur, tentatoris ultionem, ore impio blasphemus intravit. Tentatus est Abraham, tentatus est Ioseph, sed neuter illorum est in temptationem inductus, quia nullus eorum consensum prabuit tentatori. Deinde sequitur: sed libera nos à malo, id est, ne permittas nos à diabolo tentari supra id, quod possumus, sed fac cum temptatione & exitum, 1. Cor. 10. ut sufficere possumus. Hoc auxilio diuino postulato, quod nulli negatur, non ex nobis, sed ex Deo sufficientes sumus, vt in temptationem non inducamur, sed eam sufferamus. Vnde meritò gaudent boni, lugent mali. Boni quidem, quia signum habent, se esse in via virtutis, quæ est aspera; item se accedere ad seruitutem Dei, cùm quisquis ad Deum ascendit, ad temptationem se debeat præparare; atque ita præparare, ut temptationem non vnam, sed varias, caussam gaudij, immò omnis gaudij debeat existimare, exemplo illorum, de quibus dicitur: Ibant Apostoli gaudentes, Actor. 5. 42 quod digni habitu essent pro nomine IESV contumeliam pati: Quam

IV.

Matth 6. 13.
Cassian. Col-
lat. 9. cap. 22.
Eccles. 34.
Iacob. 1.

Gen. 22.
Gen. 39.

S. August. 14.
de ciuit. c. 7

Eccles. 2. 1.

Acto. 5. 42

Ffff 2 quia

quia S. Petrus χάρη, id est, gratiam vocabat, potuit etiam meritò
 2. Cor. 12, 10. χαρὰ, id est gaudium, appellare. Hac de causa etiam D. Paulus
 Coles, 1, 24. placuit sibi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus,
 2. Cor. 7, 4. in persecutionibus, pro Christo: Gaudebat in passionibus, reple-
 2. Cor. 12, 5, 9. batur consolatione, & superabundabat gaudio in omni tribula-
 1. Cor. 3, 3. tione, in quibus gloriabatur. Quin & Thessalonicenses mone-
 bat, ne moueri se linerent, si Paulum viderent tribulationibus
 1. Thess. 3, 3. agitari: *Ipsi enim scitis*, inquietebat, quod in hoc positi sumus, hoc est,
 quod hæc sit Christianæ professionis ratio diuinitus constituta;
 2. Tim. 3, 1. & quod omnes, qui pie vivere volunt in CHRISTO IESV, persecu-
 tionem patientur. Ita & Stephano lapides dulces fuisse canit Ec-
 clesia. Idem de D. Laurentio, Andrea, Bartholomæo, Idem de S.
 S. Augustin. Agatha testatur S. Augustinus, inquiens: *Istis omnibus dulcedo ina-*
Seliloq. c. 22. *simabilis amarissima tormenta dulcorauit, & Agatha, cum dulcedi-*
nis illius stillam gustasse, latissime & glorianter ibat ad carcerem,
& quasi ad epulas inuitata, agonem suum precibus Domino commen-
dabat. Ab Andrea crux dies desiderata est, sollicitè amata, sine in-
termissone quaesita, cupienti animo illi preparata; securus & gaudens
venit ad illam, & orauit, ut illa exultans susiperet ipsum. En quæ
tendant tentationes? etiam gaudium afferunt ihs; quos humiles,
cautos, fortes, rerum caducarum cotemptores, æternarum
amatores, Christi imitatores, puriores, tutiores, contra pecca-
S. August. 10. ta, ad virtutem aptiores, denique beatos faciunt. Tametsi ergo
Confess. c. 28. tentationes non amant Sancti, amant tamen eas tolerare & lu-
perare cum veniunt, iisque uti nō rant ad suam salutem,

V.

Eccli. 27, 6.

Possent idem facere mali, sed tua malitia nolunt; sed sponte
 saliunt de saxo; sed, ut vitrei, franguntur; & impatientia sua
 rumpuntur, sicut vas figuli, & testa male cocta, quæ flammam
 nequit sustinere. *Vas figuli probat fornax, & homines justos ten-*
tatio tribulationis. Figulus non ponit in fornace vasa, quia ea
 odit; non ut rumpantur; sed ut coquantur, & perficiantur.
 Si quædam, contra mentem eius, dissiliant, ob malam eorum
 temperiem id contingit, non ob figuli voluntatem. Tali modo
 & Deus agit: viri homines, non ut comburat; mittit in forna-
 cem temptationis, ut, tamquam vasa fragilia, efficiat fortiora-
 dum purgat à fæcibus & humiditate terrena cupiditatis. Ita
 sunt

funt vasa diuinæ gratiæ liquorem retinentia, vasa electa, & cælo digna, è limo & luto formata, sed in auri splendorem elaborata. Sumus enim domus lutea, qua terrenum habent fundamentum. Io. 4. 18. Dux autem figulus est, qui non mittit ignem tribulationis, ut homines pereant, quod & fini hominis aduersum esset, & Numinis bonitati. Dupli similitudine idem declarat S. Ephræm, S. Ephræm, cuius hæc sunt: *Si homines suis iumentis non plus oneris imponunt, quam ferre queant, multi minus hominibus plus temptationum imponer patient.* DEVS, quam ferre queant. Rursum, si figulus vasa sua igne excoquiat, eousq; dum ritè coquantur, nec ante ea eximit, ne minus cocta & solida sint; nec rursum ulterius ea finit in igne, ne adurantur, siante que inutilia: multiò magis idem faciat DEVS, ut igne temptationum eousq; nos coquat, dum percoquat & perficiat; ulterius verò temptatione aduri & consumi nos non sine. Itaque laudandus est de tribulatione, non vituperandus. *Vñ, qui contradicit factori suo.* Num. Ifa. 45. 9. quid dices luturo figulo suo: *Quid facis?* aut cur mihi dedisti talem figuram? An non habet potestatem figulus luti, vasa confidere, sicut illi placet? Sed discrimen est luculentum. Suâ nullâ culpâ frangitur vas; homo, si perit, suâ culpâ perit. Animâ fortitus erat omnis boni capacem, quam malam faciendo, causa fuit, ut periret. Potuisset in fornace cum tribus pueris perdurare; potuisset liberrimè, cum D Laurentio, cum Vincentio, cum S. Apollonia, cum Thecla, cum Afra, cum Hilaria vim ignis, tamquam bona argilla perferre; sed fractus est calore, cessit temptationi, quia noluit esse fortis, fumo excæcatus suarum cupiditatium, quibus se mancipium addixit.

Vas, si quod in fornace rumpitur, figulo non est glorio-
sum; homo, si temptatione frangitur, etiam hinc aliquid ad glo-
riam justitiae Deo accedit: qui non concupiscit multitudinem filio. Eccli. 35. 22:
rum infidelium & inutilium, sed, ut dicitur: *Melior est unus justus, quam mille impi.* Quin etiam ipsis fidelibus, & pretiis, & laus additur ex ipsa paucitate, à quibus Deo plus gloria comparatur, quam è lapsu decebat multorum præuaricatorum. Victori autem grande decus est præplianti, si cadant à latere eius (sini- Psal. 50. 7.
stro) mille, & decem millia à dextro eius, ipse autem immobilis, persistat, leonem & draconem, conculcans. Quid, quod & stanti

VI.

Ffff 3 in-

598 Cap. LIV. Cur quidam tentati vincantur, & non resurgent?
in exemplum atque cautelam est, in medio lapsorum pugnare?
Quid, quod ipsa virtus aduersis excitatur, & se se colligens fit
fortior?

Quid, lib. 1.
Eleg.

Vidi ego jaēatas, mota face, crescere flamas,
Et vidi, nullo concutiente, mori.

Plutarch. lib. Attentior verò est, quisquis se videt periculo vicinorem. Plu-
de dicerim. tarchi dictum est, etiam à Persio usurpatum, sicut è pulsu depre-
adularoris & amici.

henditur, testaceāne amphora vacua, an plena, fracta, an solida
sit, ita ictum hominem cognosci; si enim vocem edit impatientis,
virtute vacuus est; qua si in eo esset, haberet, quo resisteret pul-
fanti. Quæ cùm ita sint, quis non fateatur, Deo caussas esse ju-
stissimas, ob quas, homines, sponte sua, & plena cum arbitrij
libertate à diuina gratia deficientes, atque dæmonis suggestioni
& seruituti se se subijcientes, cadere permittat; cùm & diuinæ
gloriæ nihil, hoc pacto, adimatur, & verò etiam magnum eu-
dat incrementum, & bonis exemplum stimulusque præbeatur,
eorumque decus tantò magis exspendescat? Quod auro ignis,
hoc fornax tribulationis est justo. Phœnicem flamma non per-
dit, sed parit; quia reparat: stipula pereunt, cùm in rogum
incident; quia stipula sunt. Ita homines calum cogitantes,
quando à tentatione circumdantur, roborantur; sciunt enim,
cum, qui parce seminat, parce & metere; ideoque in dies animum
renouant ad ignem tribulationis sustinendum. Alij autem stra-
mine, & stipula viliores, quos acedia possidet, & temptationi om-
ni se exponunt; &, quia pati nihil possunt, igne quoquis consu-
muntur. Scilicet, quia dum tempus est seminandi & operandi,
laboris tædio, occasionem negligunt. Vel certè, cùm omnia
tepidè facere assuescant, instar limacis ad bona omnia tardi-
fiunt; adeoque etiam ad tentationes repellendas, vel auxilium.

Cassian Col- diuinum implorandum; atque acceptandum. Cassianus certè
lat. 6. cap. 7. doceat, si quis labi visus est, eum existimandum esse, non subita-
ruina, sed sensim vitijs increbrescentibus, casu miserabilis conci-
disse. Et sane alij, qui ceciderunt, fiduciam habent conuersio-
nis; at tepiditas, & acedia, si quem superat, consuetudinem illi

S. Augustin. lib. 8. Conf. sap. 5. inducit, lumen diuinum non admittendi: *Dum autem consuetu-
dini non resistitur, fit necessitas, & quodammodo natura non refi-
stendi*

stendi vlli tentationi. Quia consuetudo est altera natura...
Quid igitur mirum est, extirpari eum, de quo nulla est spes e-
mendationis? Omnis arbor, qua non facit fructum bonum, excide- Matth. 3: 10
tur, & in ignem mittetur.

C A P V T L V.

Quo modo diuina justitia exigat, ut peruicaces, in suis sor-
dibus, perire permittantur; diuina illustratione motio-
neq; tandem subducta?

Geciderunt Angeli per superbiam, & numquam surrexerunt. Itaque in Auernali rogo æternū jacebunt. Quis Deo vel ruinam, vel pœnam imputabit? Potuis- sent stare, cum alijs stantibus, sed lapsi sunt, quia Lucifero adhærere maluerunt. Coguntur igitur justè supplicia pati, qui liberè justitiam deseruerunt. Qaod si nemo misericordiæ tangitur erga cacodæmones, qui semel tantum ceciderunt; cur judicium Numinis in judicium & ad humanum tribunal trahere volimus, si quosdam, & verò etiam plurimos homines sicut cade- re, numquam surrecturos? Maior est fragilitas hominis? sed & maior fuit erga eum beatitudines Saluatoris; qui pro eo redimen- do, & in gratia stabiliendo, homo fieri, & dirissimè voluit cru- ciari, & in crucem tolli; eiusque pœnitentiam, tam diu, tam patienter expectare. Quis Princeps non tandem puni repeten- tem delictum toties condonatum? Et Deus hominem, cui toties ignosuit, non tandem permitrat in sordibus suis, quas tantope- re diligit, computrescere? Ipsa longanimitas vindicis, indignationem auget delictorum. Angelos, commisso peccato, statim præcipitauit, homines plerumque differt; quos etsi subinde in ipso crimine fulminat, saepè tamen antè sustinuit, vocavit, for- titer commonefecit. Certè, si quoties homines peccant, illico eos diuina ira plecteret, jam dudum Mundum suis incolis exhau- sisset. Expectat igitur, ut pœnitentiam agant, & fugiant à facie Psal. 59. 6.
arcu. Quis eum arguat, si tandem irascatur, postquam tam- longo tempore expectauit? quis culpet, si toties se in omnia scelerum voraginem projicientes tandem sinat natare & sub- mergi?